Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Auto. Boetij de cõso. philo.

Ille non tulit munera gratis qui cum rogasset accepit. Unde opti
mum est preuenire desiderium rogantis
Illud beneficium est iocundũ quod alicui obuiam venit
Celeritas multum facit. Mora multum aufert
Qui dederit beneficium taceat. narret aũt is qui accepit.
Nihil ita vitandũ est in dando beneficia sicut superbia
Dabo egenti non vt ipse eo egeam
Succurro perituro non vt ipse peream. (turpe est
Referre grãm de beneficijs facile est. ſz nõ referre grãm de bñficijs
Ingratus est qui beneficiũ negat acceptasse quod accepit
Ingratus ē qui dissimulat Ingratus est qui non reddit
Ingratissim⁹ oim qui oblitus ē Turpissima vox ī bñficijs ē redde
In quolibet scelere est supplicium aut viciũ sceleris
Nulla virtus preclusa ē. omnibus patet. omnes admittit. omnes īdu/
cit. ⁊ egenos. seruos. reges. ⁊ exules
Regnum est nolle regnare cum posses.
Nihil sine ratione faciendum est
Non est aliquod beneficium quod non rõne facti dandum est
Videndũ ē ⁊ ꝓsiderãdũ q̃d. cui. q̃liter. quali. q̃ndo ⁊ vbi dandũ sit
Turpissimũ genus beneficij est inconsulta donatio.
In dando beneficia vir simplex gratus est eligendus
Multo grauius est malo dedisse beneficia q̃z non dedisse
Non est turpe remunerare vel remediare consilium
Multo plus ꝑdest si pauca sapie precepta teneas ⁊ ista in prũpto
vsu habeas. q̃z si multa didiceris ⁊ illa non habeas ad manum.
Stulticia est morbus anime
¶ Alia complurima sunt Senece scripta magistri Neronis princi
pis vilissimi. sed hec magis ꝓgrua
¶ Sequunt autor. sup ꝑmũ li. de ꝓsolatõe phie ipius Boetij
Anicij Manly. torquati. patricij ꝓsul' romani viri orthodoxi quē
Theoderic⁹ rex ostrogottorũ papie incarcerauit. ãno Anastasij. xij
q̃ est ãnus xpi q̃ngentesimus quartus. ⁊ postea necauit. s. anno xpi.
ccccc. xxiij. ⁊ papã ioannem primo Rauenno incarceratum occidit

Carmina qui quondam studio florente peregi.
Flebilis heu mestos cogor inire modos.
Mors hoim felix que se nec dulcibus annis.
Inserit. ⁊ mestis sepe vocata venit.
Quid me felicem totiens iactastis amici.
Qui cecidit. stabili nõ erat ille gradu
Poete officium nõ est hoiem in aduersis consolari. sed philosophi
Beata est respublica cui princeps sapiens dominatur